



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

L. iij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

te debet obedire. Hi nimis
rum et proximum diligunt: et
tamen illa sublimia dilectionis
premia non assequuntur: quia
amorem suum non spiritaliter
sed carnaliter impediunt. **L.iiij.**

Proinde cum dominus noster di-
ceret: hoc est preceptum meum
ut diligatis invicem: partem ad
didit: Sicut et ego dilexi vos.
Ac si aperte dicat. Ad hoc ama-
te ad quod amavi vos. Quia
in refratres charissimos soler-
ter intruendum est quod antiquus
hostis duos menses nostras ad-
rerum temporalium dilectionem
trahit: infirmiores contra nos
proximum excitat qui ea ipsa que
diligimus auferre molitur:
nec curat antiquus hostis hec
faciens ut terrena tollat sed ut
charitatem in nobis feriat. Nam
in odio repente exardescimus
et dum foris inuicti esse cu-
pimus: interius grauius ferimur.
dum pro foris defendimus in-
tus amittimus maximam: quod dum
rem diligimus temporalis ve-
ram amittimus dilectionem.
Quis quippe qui nostra tollit
inimicus est. Sed si odio
ceperimus habere inimicum:
intus est quod perdimus. Tu
ergo aliquid exterius a proxi-
mo patimur contra occultum ra-
ptorem interius vigilemus: quod
nunquam melius vincitur nisi cum
raptor exterior amatur. Tu.

In illo tempore **Secundum lucam.**
Facta est contentio inter
discipulos iesu quis videret
eorum esse maior. Et reliqua.

Semelia venerabilis beatus pater.
Sicut bonis esse moris solet
esse in scripturis semper exempla
patrum precedentium quibus ad
meliora proficiant quibus agniti
de suis actibus humiliantur in-
quirere: sic e contrario reprobi
si quid forte in electis reprehen-
sibile reperiunt quasi suas ex
eo nequitas obiecturi aut pro
iusto defensuri libentissime so-
lent amplecti. Ideoque multo
ardentius legunt quod facta est con-
tentio inter discipulos christi
quis eorum videretur esse maior
quod quod multitudinis credentium
erat cor unum et anima una.
Tu autem domine. **Lectio. viij.**

Multo recolit tenacius quod facta
est dissensio inter barnabam
et paulum ita ut discederet ab
inuicem quod quod idem paulus ait:
Cum enim sit inter vos zelus et
contentio: nonne carnales estis:
nonne homines estis: Quasi
nobis infirmitas sanctorum imi-
tanda proponatur et non illud
potius quia conualuerunt de
infirmitate: fortes facti sunt in
bello hoc: maxime in loco ubi
et ipsa contentio eorum causa
est nobis incognita. Neque enim
incredibile est quod iuxta hoc quod
alibi precipitur: Contendite in-